

quamcumque vos monstravero, plena est Iudeis pocioribus. Incendentes comburite^s eos^r. At illi Iudei accesserunt ad eos et dixerunt: „Amici, ad quid venistis?“ Dixerunt Christiani ad invicem: „Ut quid tam diu sumus hic? Ut quid stamus ociosi? Comprehendamus et interficiamus Iudeos, ut per hoc^t impleantur scripture.“ Statimque iniecerunt¹⁷ manus in perfidos^u Iudeos crudeliter non^v parcentes eorum rebus nec^w corporibus. Diviserunt autem inter se vestimenta eorum, unusquisque quantum rapere valuit^x. Nec sortem miserunt super eos^y, sed integre et cumulatim ceperunt indifferenter^z non solum vestimenta, verum etiam omnem thesaurum et suppellectilia^a eorum cum illis. Omnes autem, qui illic adherant extenderunt manus suas, percucientes¹⁸ eos sine misericordia et amputantes^b eis non tantum aurículas, sed capita, manus et pedes. Nonne sic oportuit fieri per sententiam per eos in se latam, ubi dixerunt: „Sanguis¹⁹ eius super nos et super filios nostros.“ Et dixerunt Christiani ad eos: „Amen, amen, dictum est vobis: Amodo²⁰ videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei et venientem in nubibus celi, in quem nos credimus. Videbunt²¹ patres vestri, in quem transfixerunt, et quem vos lapidastis^c.“

Et²² velum synagoge^d Hebreorum receptum est et eo^e omnes libri^f prophetarum Moysi^g et Talmuth^h aliudque^h ad usus Christianorum^h

r-r) Quem cum venisset, dedit eis unus signum dicens: „Quamcumque domum vobis monstravero, plena est Judeis pocioribus. Incendentes comburite“ *M*; qui ... eos *fehlt P* s) comburit *PL* t) hec *M* u) perfideos *PL* v) et non *P* w) et *P* x) potuit *P* y) ea *M* z) *fehlt P* a) suppellectile *M* b) amputaverunt *M*; amputanes *P* c) blasphemastis, lapidastis *P* d) a synagoga *P* e) *fehlt M*; cum eo *P* f) liber *PL* g-g) Moysi cum eo et Talmuth *M*; Moysis et Talmut *P* h-h) abque Christianorum usum usque *M*; atque ad usus Christianorum *P*

17) *Matth. 27,35*: Postquam autem crucifixerunt eum diviserunt vestimenta eius sortem mittentes.

18) *Matth. 26,51*: Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu | extendens manum exemit gladium suum | et percutiens servum principis sacerdotum amputavit auriculam eius.

19) *Matth. 27,25*: et respondens universus populus dixit | sanguis eius super nos et super filios nostros.

20) *Matth. 26,64*: dicit illi Iesus tu dixisti | Verumtamen dico vobis | amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris | virtutis et venientem in nubibus caeli.

21) *Ioh. 19,37*: et iterum alia scriptura dicit | videbunt in quem transfixerunt.

22) *Matth. 27,51*: Et ecce velum templi scissum est in duas partes | a summo usque deorsum | Et terra mota est | et petrae scissae sunt.